

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 1: De peccatis Caput 3: De ira (10)

Item idem (Gregorius):

Per iram iustitia relinquitur.

Gratia vite socialis amittitur

quia qui se ex humana ratione non temperat,  
necesse est ut bestialiter solus vivat.

Per iram iustitia relinquitur

sicut scriptum est:

*Ira uiri iustitiam Dei non operatur;*

quia dum perturbata mens iudicium suae rationis exasperat,  
omne quod furor suggerit rectum putat.

Per iram gratia uitae socialis amittitur

sicut scriptum est:

*Noli esse assiduus cum homine iracundo,*

*ne discas semitas eius et sumas scandalum animae tuae.*

Quia qui se ex humana ratione non temperat,

necesse est ut bestialiter solus uiuat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5.45

(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.276, ll.21-28).